

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

**III. Exsicc. Aromaticæ.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

### **III. EXSICC. AROMATICA.**

**I**ndicantur, dum stimulo opus, ut solutæ fibræ vis prior infundatur.

#### **EX SIMPLICIBUS.**

Camphora.

Colophonia. Lenior,

Gummi.

Elemi.

Juniperi.

Myrræ.

Tacamahaca.

Masticæ.

Olibanum.

Sarcocolla.

Styrax.

#### **EX COMPOS. OFFICINALIBUS.**

Aquæ vulnerariæ.

Lac Virginale.

Spiritus vini simplex.

Camphoratus.

Tinct. præcedent. simplicium, alia Aromatic.

Unguenta.

Album Camphoratum.

Digestivum spiritu vini camphorato &c.  
animatum.

Emplastra

Divinum.

Gryfeum.

Oxicroceum. &c.

M 4

Fe.



Feliciter admodum hæcce prioribus iunguntur. Sic in spiritu vini alumen solvit bono effectu, alia aliter combinari possunt. Ex his vero omnibus, a quarta Classe suppurantium nempe, huc usque recensitis, facile patet:

Quid censendum de sarcoticis sit, & quæ eligenda: cum enim ea, quæ regenerationi carnis deperditæ favent, SARCO TICA merito habeantur, & suppurantium, seu digestivorum omnes species, omnes detergentium, tum demum, & exsiccatum huic famulenter, ea sarcotica esse clarum, hinc, ut hæc multiplia, calida, frigida, humida, sicca, emollientia, adstringentia, sic & illa esse evidens. Non datur igitur ullum medicamentum universale vel digestivum, vel detergentis, vel exsiccans, minus adhuc sarcoticum, ut materia chirurgica a multis inutilibus liberari possit. In arte salutari perpetuo sumnum erit cognitio exacta morbi, huic soli remediuū facile; nec obstant specifica.



CLAS.

---

## II. CATHAERETICA S E U ESCHAROTICA.

**H**æc fibras corporis omnes, tam cutaneas, quam carnaeas, & alias destruunt.

Indicantur *I.* Si fungosa in ulcere haud sensibili caro, coalitum impedit.

*II.* Si carnis vegetatio, vel excrescentia, ultra æquabilem partis sensibilis naturaliter constitutæ superficiem emineat, ut in morbis palpebrarum, fici, verruca, ectropio, in morbis oculorum, encanti, pterygio completo; in morbis narium, oris, ani, partium genitalium utriusque sexus, CHARMETTON. Q. c.

*III.* In gangræna humida, applicatis incassum optimis & indicatiissimis spirituosis, IDEM.

*IV.* In tumore frigido ex congestione humorum orto, scirrhofo quounque, etiam glandulari indolente, tum bubone venereo, pestilentiali, scrophulofo, tumore critico maligno, IDEM. Alias indicationes vide in T. III. de argento, ubi de lapide infernali sermo.

Contra indicantur *I.* In morbis complicatis, ut in ulceribus malignis, maxime cancro. CHARMETTON.

*II.* In venereis, pestilentialibus, scrophulosis, iuncturas, tendinosas ligamentosasque partes, vel etiam glan-

